

ACARI MYRIOPODA ET SCORPIONES
HUCUSQUE IN ITALIA REPERTA

Smithsonian
DI. INSECTS
U. S. NAT. MUS.
10

ORDO
CRYPTOSTIGMATA

(SARCOPTIDAE)


AUCTORE

ANTONIO BERLESE

(CUM TABULIS LITHOGRAPHICIS CCXLI)

Praetium It. Libr. 20

PORTICI
SUMPTIBUS AUCTORIS
(ANNIS 1882-1897)



DIV. INSECTS
U. S. NAT. MUS.



QL
451
B514
1882
fasc. 1
ENT

ACARI MYRIOPODA ET SCORPIONES
HUCUSQUE IN ITALIA REPERTA

fasc. 1

ORDO
CRYPTOSTIGMATA

(SARCOPTIDAE)

AUCTORE

ANTONIO BERLESE, 1863-1927.

(CUM TABULIS LITHOGRAPHICIS CCXLI)



PORTICI
SUMPTIBUS AUCTORIS
(ANNIS 1882-1897)

B51

Insects

DIV. INSECTS
U. S. NAT. MUS.

DOCTORI

EDUARDO ALOYSIO TROUESSARTIO

SARCOPTIDARUM NOSTRATIUM ET EXOTICARUM

SCRUTATORI ACERRIMO

COLLEGAE LIBERALISSIMO

VOLUMEN HOC

SARCOPTIDAS ILLUSTRANS

GRATO ANIMO

DICAT

AUCTOR

DIV. INSECTS
U. S. NAT. MUS.

ORDO
CRYPTOSTIGMATA
~~~~~

I.



## Ordo CRYPTOSTIGMATA

(Sarcoptidae)

( $\alpha$  = sine;  $\sigma\tau\iota\gamma\mu\acute{\eta}$  = foramen tracheae)

*Acarides* ou *Mites* (ex p.) Latreille, Genera Cru-  
stac. et Insect., Paris 1806.

*Acarides* (ex p.) Leach, Trans. Linn. Soc. London  
1815.

*Acarides* ou *Mites*, (ex p.) Latreille, in Cuvier,  
Régne animal, 1829.

*Sarcoptidae*, (ex p.) Sundevall, Conspectus Arach-  
nidarum, Lund. 1833.

*Acaridae*, Dugés, Recherches sur l'ordre des Acar.  
(Ann. Sc. nat. Zool. II Ser. tom I, II) 1834.

*Sarcoptidae*, (ex p.) Koch, Uibersicht des Arachni-  
demsystems, Nuremberg 1842.

*Sarcoptidae*, Fürstemberg, Die Krätzmilben der  
Menschen und Thiere, 1861.

*Sarcoptidae*, Mègnin, Mém. sur l'organisation et la  
distribution Zoologique des Gamasides, 1876.

*Acaridae*, Murray, Economic Entomology, Aptera,  
London, 1877.

*Atracheata*, Kramer, Grundzüge zur Systematik der  
Milben, 1877.

*Atracheata*, Michael, British Oribatidae, 1883.

*Sarcoptidae*, Berlese, Acarorum systematis speci-  
men, 1885.

*Astigmata* (*Sarcoptina*), *Canestrini*, Abbozzo di sistema acarologico, Venezia 1891.

*Astigmata*, *Trouessart*, Considérat. générales sur la Classific. des Acariens, Paris 1892.

*Acaroidea stigmatibus et tracheis evanidis. Rostrum anticum, rarius subinferum, plerumque mediocre, palpis minutis, vix conspicuis, plerumque triarticulatis, cylindricis, inermibus. Mandibulae haud retractiles, tantum lateraliter mobiles, plerumque cheligerae, parvulae.*

*Pedes saepius quinquearticulati. Ambulacra unco membranula saepius circumdato, vel unco nullo et tum membranula foliiformis vel infundibuliformis ad adhesionem apta est.*

*Oculi nulli. Derma plerumque molle, vel scutis aliquot dorsualibus durioribus auctum, in ventre epimeris linearibus, dure chitineis tantum praeditum.*

*Circa genitalia saepius utrinque disculi duo genitales stant, in mari autem plerumque etiam duo maiores (copulativi) in extremo abdomine ad ventrem.*

*Color albidus hyalinus, rarius infuscatus. Larvae hexapodae, plerumque adulto subsimiles. Adest etiam larva octopoda, ab adultis valde dissimilis, (hypopus), ore destituta, ad diffundendam speciem tantum occurrens. Ovipari vel ovovivipari.*

*Liberi vel aliorum animalium hospites vel parasitae.*

**Corpus** plerumque ovatum, plus minusve rotundatum, aliquando perlongum. In nonnullis familiis, praecipue in sarcoptidis avicolis, corpus maris postice bifidum vel plus minusve profunde incisum aut bilobum est. Abdomen pluries ab antico distinguitur, propter sulcum transversum in dorso et in ventre conspicuum. Numquam pliceae aliae adsunt transversae quae ceterum abdomen quasi in segmenta dividant.

*Epiderma* tenuissime striatum est, rarissime totum punctulatum aut granosum (videas *Glyciphagus plumifer* et affines), in scutulis tamen densius adparet et punctis impressum. In plurimis enim speciebus, praecipue in liberis, derma permolle est, hyalinum striatumque, in dorso toto et in ventre, exceptis epimeris, sed in speciebus avicolis plerumque scuta adsunt maiora vel minora, dorsum plus

minusve obtegentia, et punctulata, vel aliter impressa, nec non colore obscuriori insignita. Color autem scutulorum horum fixus est neque evanescit, quia epiderma idem est tinctum, nec hypoderma, ut in *Prostigmatis*, qua re color per terreum, in testaceum et badium vertit.

Spinis autem (*Sarcoptidae*) vel setulis simplicibus aut plumosis, aut foliolis hyalinis (*Freyana*, *Proctophyllodes*, *Pterolichus vexillarius*, *Oustaletia Pegasus*, *Glycyphagus palmifer*, *pterophorus*, *Histiostoma phyllobrichum*) est vestitum, et setulae adsunt saepius longiores, rectae, in corporis dorso et ad latera.

**Anticum** conicum est, plus minusve anterius subacutum. In speciebus avicolis (*Analgesidae*), scuto plerumque unico, trigono in dorso protegitur, vel scutulo postice bifido. *Abdomen* autem in iisdem speciebus vel nudum est etiam in dorso, vel scuto unico subrectangulo lato augitur, vel scutulis tribus aut quinque, ex quibus medius latior.

In nonnullis Analgesidis, abdomen postice bicorne est, et in tuberculis duobus (in foeminis) dure chitineis et longe spinigeris desinit.

Ceterum, abdominis fabrica, praecipue in Analgesidis, valde diverse in diversis speciebus conformata est, ita ut corporis pars ista ad dignoscenda species et genera, optime concurrat, et hoc praecipue in maribus.

Ad ventrem, scuta chitinea semper desunt, et pedum musculi motores lineis chitineis durioribus sunt insiti, ex quibus epimeris, antica (*epimera antica*) quasi lineae e sinu inter rostrum et coxas primi paris in medio antico procedunt, vel interse se distincta (*epimera discreta*), vel interse se coniuncta (*epimera concreta*) figuram chitineam litteram Y simulantem constituentia. Epimera demum secundi paris linearia sunt et e sinu inter coxas primi secundique paris exorta in medio pectore procedunt, raro apice suo cum apice epimerorum anticorum coniuncta.

Ceterorum pedum epimera, lineas sistunt chitineas e coxa superna pedum tertii et quarti paris, breviter in medio abdomine directa.

**Genitalia** in utroque sexu ventralia sunt, plerumque inter posticos pedes manifesta. In mari, adest saepius penis exertus chitineus, subuliformis vel runcatus, mediocris vel

longior, in nonnullis speciebus (*Analgesae*) fere totius abdominis longitudinem aequans, flagelliformis et ultra postremum abdomen productus (*Proctophyllodes glandarinus*) etc. Circa organum hoc, in *Tyroglyphidis*, *Canestrinidis*, *Listrophoridis*, adsunt utrinque duae papillae vel disculi genitales breviter claviformes et minuti, quos frustra in *Analgesidis* quaeras.

Isti sunt *disculi genitales* quos videbis etiam in foeminis supradictarum familiarum, circa vulvam.

Sed, in plurimis generibus, paucis exceptis, mas etiam *disculis copulationis* maioribus gaudet, vel omnino planis, rotundis, vel longe clavatis (*Proctophyllodes Ampelidis*, *Chortoglyphus* etc.) apice plano, rotundato.

In *Histiogaster carpio*, abdomen producitur in appendicem quamdam carnosam, late clavatam, cuius ad apicem disculi adhesionis quatuor sunt, et foliolis chitineis supernis quatuor aucti.

In genere *Histiostoma* mares foeminaeque disculis genitalibus varie in ventre dispositis, quatuor numero, auguntur.

In foeminis vulva plerumque in medio pectore aperitur, et longitudinalis rima est, labiis plicatulis, aliquando circine epivulvari chitineo, sive *epigynio*, semicirculari (*Analgesidae*) superne ornata.

In *Tyroglyphidis*, *Canestrinidis* et *Listrophoridis* vulva disculis quatuor genitalibus circumdatur, plus minusve claviformibus. Disculi isti numquam in ceteris familiis conspiciuntur.

Foeminae generum *Proroptes*, *Otodectes*, *Chorioptes* inter *Sarcoptina*, et generis *Tyroglyphus* etc. in aliis familiis, in postico dorso vel ad marginem posticum abdominis etiam disculis vel tuberculis quibusdam gaudent, in copula cum disculis copulationis maris coniuncti, qui *tuberculi copulationis* dicuntur.

**Rostrum** fere in omnibus speciebus minusculum, semper anticum, sive in summo cephalothorace insitum. Tantum in generibus *Falciger* et *Bdellorhynchus*, inter *Analgesidas*, rostrum marium validum et longum est.

Itaque rostrum semper bene manifestum est, animal pronum conspiciendo et conice anterius, porrectum.

*Mandibulae* curtulae, crassiusculae, apice curte cheligerae

(exceptis paucis generibus, sive *Histiostoma*, *Linocoptes* etc.), chela digitis breviter trigonis, interne denticulatis, ex quibus inferior mobilis, alter fixus. Mandibulae ergo tantum lateraliter mobiles sunt, basi articulatae, numquam protractiles retractilesve.

*Palpi* minores vel minimi sunt, plerumque dubie triarticulati, cylindrici, ad latera rostri vix manifesti, rostro eodem stricte adpropinquati, apice obtusi.

*Maxillae* laminares, subrectangulae, cum labio inferiori late rectangulo, unicum frustulum (*Hypostoma*) sistentes.

In unico genere *Cytodites* rostrum in haustellum est deformatum.

*Pedes* mediocres, semper ambulatorii vel ad adhesionem deformati (*Listrophoridae*), vel in speciebus plurimis, inter Analgesidas, in mari tertium vel quartum par, vel ambo paria ista ceteris valde maiora et robustiora sunt, aliquando etiam ambulacris destituta.

In speciebus nonnullis *Psoroptidarum*, et *Sarcoptidarum* tertium et quartum pedum par, vel tantum tertium par, ambulacris destituuntur et setis longis simpliciter terminantur. Ceterum pedes non plus quam quinque articulis constituuntur, intersese subaequalibus, secundo tamen ceteris plerumque sat maius, tarsoque subconico, ambulacrum gerenti.

*Ambulacra*, vel ungue tantum constituta, vel unco aut uncis duobus, variae magnitudinis, saepius lata membranula hyalina circumdatis, vel uncis nullis, membranulaque maxima, lata, foliiformi constituta.

**Larvae**, hexapodae sunt, adulto similiores.

**Nymphae** octopodae, adultis suis simillimae.

In hac familia adsunt tamen *nymphae hypopiales*, sive formae quaedam, adultis suis valde dissimiles, e nympha octopoda per metamorphosim exortae, octopodae, ore destituta, disculis adhesionis ventralibus plurimis auctae, demum rursus in nympham octopodam per metamorphosim se mutaturae (1), quae ad diffundendam speciem, aliis animalibus arcte adhaerendo, non parasitae sed viatores, fere in omnibus familiis occurrunt, hucusque tamen tantum in *Tyroglyphidis* et *Analgesidis* inventae. Histae *Hypopus* dicuntur.

---

(1) Hoc Megninii fide.

Hypopi *Tyroglyphidarum* super *Vertebrata* et *Arthropoda* inveniuntur; hypopi *Analgesidarum* autem super *Aves* in avium earumdem dermate infossi (*Hypodectes*).

**Polymorphismus** adest in maribus nonnullorum generum in familia *Analgesidarum* (*Analges*, *Bdellorhynchus* etc.) quia mares generum horum a foeminis suis valde diversi sunt et interese etiam discrepantes.

**Dymorphismus** sexualis perobvius et manifestissimus, praecipue in plurimis generibus familiarum *Analgesidarum*, *Listrophoridarum* etc., et mares pedibus diverse evolutis, tum abnormibus a foemina diversi, nec non corporis totius fabrica.

Mirum est etiam quod foeminae *Analgesidarum* aliorumque, adhuc nymphae cum mari suo in coitu copulentur, post coitum in adultum vulvigerum mutantur, corporis fabrica a nympa octopoda plerumque satis diversum (*Proctophyllodes*).

**Ovipari** rarius vivipari sunt acari huius familiae, sed etiam ovovivipari. *Tyroglyphum mycophagum* aliquando pupiparum esse dignovit Cl. Moniez, quia nymphas hypopigeras in corpore suo saepe foeminae adultae huius speciei, adhuc viventes occludant.

**Metamorphoses** in acaris istis sunt:

De *larva* hexapoda, in nympham octopodam (disculis genitalibus duobus tantum aucta in *Tyroglyph.* secundum Mègnin, Kramer etc.) *Nympha* (octopoda) prima, vel in marem adultum directe mutatur, vel, si seriei foeminae pertineat, in nympham octopodam secundam (in *Tyroglyph.* disculis genitalibus quatuor peditam), quae foemina *pubera* appellatur, et cum mari suo in coitum convenit, post quem mutatur tandem in *Foeminam* (adultam) vulva auctam.

Nympha octopoda prima in *Tyrogl.* et *Analges.* in *hypopum* mutari potest; qui demum directe in adultum, secundum Moniez et Michael, transformatur (1).

---

(1) Circa formam quae ex *hypopo* procedit, variant auctorum opinioniones, quod Megninius adfirmet e nympa quadridiscalata hypopum oriri, ex quo autem nympa tandem bidiscalata procedat, regressu ergo manifesto; auctores alii supradicti, egoque simul, ex *hypopo* adultum procedere putamus, hac re, *hypopus* e nympa prima exhortus, nymphae secundae foeminae correspondit, regressu ergo in evolutione nullo.



**Habitant** huius subordinis acari, vel liberi in putrescentibus, aut in detritis organicis, aut super cibaria, et isti *Tyroglyphidae* sunt; aut super mammalia scabiem non inducentes sed inter pilos absconditi, tantum dermatis excretionibus victitantes, et familiam *Listrophoridarum* sistunt; aut super *Aves* non parasi sed plumicolae, inter *Analgesidas* ditissimam specierum generumque familiam adscribendi, vel in dermate eodem *Mammalium Aviumque* scabiem inducentes et tunc in familia *Sarcoptidarum* vel *Epidermoptidarum* includendi.

## Explicatio tabularum.

### Tab. I.

Fig. 1. *Glycyphagus plumifer* pronus derma totum granosum ostendens et pilos plumiformes (*a*) corporis.

Fig. 2. *Pterolichus* quidam mas pronus, scuta dorsualia ostendens.  
*a* cephalothorax; *b* abdomen; *c* scutum dorsuale cephalothoracis; *d* idem abdominis.

Fig. 3. *Oustaletia pegasus*. Trouess. appendices laminaceas corpus adornantes ostendens.

Fig. 4. *Tyroglyphus* quidam foemina supina.  
*a* epimera primi paris; *b* eadem tertii paris; *c* foramen genitale; *d* disculi genitales; *e* anus.

Fig. 5. *Tyroglyphus* quidam mas supinus.  
Litterae ut in fig. praeced. sed *c* est penis.

### Tab. II.

Fig. 1. Sectio media longitudinalis rostri *Tyroglyphi mycophagi*.  
*A* anticum; *a* epistoma; *b* seta verticis; *c* vertex; *d* mandibula; *e* epipharinx; *f* mentum; *g* maxilla; *h* oesophagus; *i* cerebrum.

Fig. 2. Rostrum *Pteronyssi fuscii* prozum;  
Litterae ut in fig. praecedenti sed *m* est palpus.

Fig. 3. Hypostoma *Glycyphagi peregrinantis*, *a* mentum; *b* maxillae; *c* maxillarum mala interior; *d* epipharinx; *e* palpus.

Fig. 4. Mandibula *Glycyphagi ornati*.

Fig. 5. > *Histiostomatis rostro serrati*.

Fig. 6. Tarsi apex et ambulacrum *Glycyphagi domesticii*; *a* membrana; *b* unguis.

Fig. 7. Tarsi apex et ambulacrum *Tyroglyphi mycophagi*, (*4* i paris, *m* sunt disculi adhaesionis, a ceterae litterae ut in fig. 6).

|                                   |                                            |                                  |
|-----------------------------------|--------------------------------------------|----------------------------------|
| Fig. 8. Tarsi apex et ambulacrum  | <i>Rhyzoglyphi echinopodi</i>              | } a membra-<br>nula;<br>b uncus. |
| Fig. 9. » » » »                   | <i>Hemisarcoptis coccisugi.</i>            |                                  |
| Fig. 10. » » » »                  | <i>Glycyphagi passularum.</i>              |                                  |
| Fig. 11. » » » »                  | <i>Pterolichi Numenii</i> (in<br>plano)    |                                  |
| Fig. 12. » » » »                  | » » (e<br>latere).                         |                                  |
| Fig. 13. Tarsi apex et ambulacrum | <i>Lentungulae algivorantis</i> (b uncus), |                                  |

### Tab. III.

- Fig. 1. Larva *Tyroglyphi mycophagi* supina.  
 Fig. 2. Nympha » » » »  
 Fig. 3. » *hypopigera* eiusdem »  
 Fig. 4. Hypopus in permutatione, eiusdem speciei.  
 Figurae haec omnes sunt amplificatae 150 diam. et ex Megninio delineatae.

Fig. 5. Diagramma vitae et permutationum acarorum huius sectionis secundum Megninii observationes.

### Tab. IV.

- Fig. 1. *Tyroglyphi Farinae* hypopus supinus (260  $\mu$ ).  
 Fig. 2. *Homopi Talpae* hypopus supinus (380  $\mu$ ).  
 Fig. 3. *Trichotarsi bomborum*. (n. sp.) hypopus supinus (190  $\mu$ ) (super bombos terrestres obvius, adultus ignotus).  
 Fig. 4. *Trichotarsi Xylocopae* hypopus supinus (320  $\mu$ ).  
 Fig. 5. » » pars ventris postica cum disculis melius amplificata.  
 Fig. 6. *Trichotarsi Osmiae Duf.* hypopi eadem pars ventris postica (1)

### Tab. V.


- Fig. 1. Pedes ambulatorii (*Tyroglyphus* mas);  
 Fig. 2. Pedes amplexantes (*Chirodiscus amplexans* mas);  
 Fig. 3. Pedes primi paris incrassati et calcarati (*Tyroglyphus Fari-nae* mas);  
 Fig. 4. Pedes tertii paris incrassati (*Analgae clavipes* mas)  
 Fig. 5. Pedes quarti paris crassiores (*Neumannia chelifera* mas);  
 Fig. 6. Pedes tertii et quarti paris magis evoluti (*Protalgae longi-tarsus* mas).

(1) Huius speciei nympha hypopialis, *Tr. Xylocopae* persimilis, sed parum maior (400  $\mu$ ), vix elongatior, unguibus ambulacrorum exilioribus, disculis adhaesionis quatuor pedunculatis, abdomine posteriorum rotundato nec inciso, ceterum *Tr. Xylocopae* conformis. Adultus ignotus.

## Conspectus familiarum.

|                                                                                                                                                           |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>Adsunt in utroque sexu disci genitales.<br/>(Quatuor numero circa genitalia).</p>                                                                      | <p>Maxillae vel pedes alicuius paris in organa ad pilos hospitis amplexandos deformata (<i>Mammaticolae</i>) . . . . . <b>Listrophoridae.</b></p>                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                            |
| <p>Maxillae normales, pedes non ad pilos amplexandos deformati.</p>                                                                                       | <p style="text-align: center;"> <span style="font-size: 2em;">{</span> <span style="display: inline-block; vertical-align: middle; text-align: center;">                     Ambulacra tantum lata membranula constituta, ungue subvanido (<i>Insecticolae</i>) . . . . . <b>Canestrinidae.</b><br/>                     Ambulacra ungue maiori vel minusculo, nec non (saepius) membranula composita (<i>Liberi</i>) . . . . . <b>Tyroglyphidae.</b> </span> </p>                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |
| <p>Ambulacra sexilia, acari isti scabiem non inducunt sed super plumarum barbudas degentes subinnocui (<i>Avicolae</i>) . . . . . <b>Analgesidae.</b></p> | <p style="text-align: center;"> <span style="font-size: 2em;">{</span> <span style="display: inline-block; vertical-align: middle; text-align: center;">                     Dymorphismus sexualis praecipue in corporis fabrica, pedumque crassitie manifestissimus; adsunt semper in mari disci copulationis. Vel innocui, vel scabiem debiliorem inducentes (<i>Avicolae</i> vel <i>mammaticolae</i>) . . . . . <b>Epidermoptidae.</b><br/>                     Dymorphismus sexualis in corporis fabrica subnullus, tamen in organis adhaesionis pedum manifestus, sed non in pedum magnitudine; disculi copulationis in mari nulli (in duabus speciebus ex genere <i>Cnemidocoptes</i> manifesti) in dermate eodem vicitantes, scabiem gravioorem inducentes, vel alibi in hospitis organis infossi (<i>Avicolae</i> vel <i>mammaticolae</i>). . . . . <b>Sarcoptidae.</b> </span> </p> |
| <p>Deficiunt in utroque sexu disci genitales</p>                                                                                                          | <p style="text-align: center;"> <span style="font-size: 2em;">{</span> <span style="display: inline-block; vertical-align: middle; text-align: center;">                     Ambulacra longe pedunculata. Acari isti super dermospitum vivunt vel indermate eodem, vel alibi interius, scabiem inducentes.                 </span> </p>                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                      |

**GENERA PRAECIPUA CRYPTOSTIGMATUM**  
SECUNDUM ORDINEM NATURALEM DISPOSITA



(1) Primae sectionis, sive *Sarcoptidae* auctorum. Histi acari qui larvis Oribatinarum simillimi sunt et per genus *Nothrus* in *Cryptostigmati* secundae sectionis incurrunt e familia *Tyroglyphidarum* (ex acaribus liberis constituta) omnes descendere videntur, sed propter parasitismum, vel pseudoparasitismum degenerati, multo *Tyroglyphidis* inferiores.

## FAMILIA I<sup>a</sup> SARCOPTIDAE

(Tab. VI)

*Corpus rotundatum vel breviter ovale. Derma molle, scutis dorsualibus subevanidis vel nullis, striatum. Rostrum normale, mandibulis cheligeris, in (unico) genere Cytodites in haustellum deformatum. Pedes primi et secundi paris semper ambulacrati, ceteri vel ambulacro aucti, vel ambulacro destituti, setis longis terminati. Ambulacra longe pedunculata, unco nullo, tantum appendicula ampulliformi, vel infundibuliformi constituta. Disculi genitales in utroque sexu nulli. Disculi copulationis (maris) in duabus speciebus aberrantibus ex genere Cnemidocoptes manifesti, in ceteris nulli.*

*Dymorphismus sexualis propter corporis fabricam nullus.*

*Hypopi in hac familia non dignoscuntur.*

*Ovipari vel ovovivipari vel vivipari.*

*Habitant super aves et super mammalia, in epidermide eodem infossi vel alibi in corpore absconditi, vere parasitae, scabiem vel alia mala, saepius graviora, in hospitem inducentes.*

**Derma** in acaris familiae *Sarcoptidarum* semper molle est, pellucidum, nullo colore infuscatum. Adsunt tamen in nonnullis speciebus scuta quaedam punctulata, dorsum protegentia, colore albido vel vix pallidissime terreo, tamen minus dura, marginibus obsolete, cephalothoracem partim et partem abdominis in medio occupantia. Sed scuta ista, tantum structura a cetero epidermide distinguuntur, quod epiderma circum crasse striatum sit, in scutis autem punctulatum vel quasi reticulatum.

In medio dorso, in speciebus ex generibus *Notoedrus* et *Sarcoptes*, epiderma in squamulis vel dentibus elevatur, retrorsus directis.

*Setulae* corpus adornantes semper simplices, plus minusve longae sunt, vel breviores, spiniformes; ceterum numquam in foliolas vel lacinias dilatatae.

**Corpus** subcirculare vel breviter ovale est, vix postice in mari sensim incisum, in nonnullis speciebus, praecipue ex genere *Cnemidocoptes*.

**Rostrum** conicum, breve, latiusculum, sub *tecto* quodam e cephalothorace procedente, partim absconditum. *Mandibulae* cheligerae, chela minuscula sunt auctae. In genere *Cytodites* rostrum in haustellum est deformatum, quod mandibulae, palpi et hypostoma simul concreta, tubulum sistant breve, ad hauriendos liquores aptum.

**Pedes** perbreves et crassiusculi sunt, articulis fere aequae longis ac latis compositi, conici, corpore semper multo breviores. Tarsi in unguem vel in ungues desinent, inter quos ambulacrum vel setulae inseruntur. *Ambulacra* infundibuliformia sunt et semper longe pedunculata. In pedibus omnibus foeminarum generis *Cnemidocoptes*, tarsi omnes unguibus binis terminati, ambulacris omnino deficient, sed in maribus eiusdem generis, longe pedunculata ambulacra in tarsis omnibus adsunt, manifestissima. In generibus *Notoedrus* et *Sarcoptes*, mas ambulacris gaudet in pedibus primi, secundi quartique paris, sed par tertium seta longiori est terminatum. Horum generum foeminae, interea, ambulacris tantum in pedibus primi secundique paris sunt auctae, et pedes tertii quartique paris seta longissima sunt praediti.

**Genitalia** (externa) semper in ventre sunt et disculis genitalibus omnino destituta.

*Penis* runcatus, brevis, in ventre, post pedes quarti paris conspicitur, posterius directus.

*Vulva* longe rimaeformis, labiis non striatis, circine praevulvari numquam aucta, inter pedes tertii quartique paris vel antierius est aperta.

**Disculi copulationis** nulli. Tamen in speciebus duabus ex genere *Cnemidocoptes* (*C. Gallinae*, *C. Columbae*) mares disculis copulationis gaudent, et hoc caractere, genus hoc inter *Sarcoptidas* et *Epidermoptidas* est inserendum. *Cn. mutans* et *C. fossor*, disculi copulationis tamen deficient.

**Dymorphismus** sexualis ergo conspicuus, exceptis generibus *Cytodites* et *Laminosioptes* in ambulacrorum dispositione, quod in generibus *Sarcoptes*, *Notoedrus*, *Cnemidocoptes*, pedes maris varie ambulacrati sint quam in foemina sua.

**Polymorphismus** propter varias marium eiusdem speciei formas vel foeminarum, in hac familia frustra inquirendus.

**Parthenogenesim** in acaris huius familiae dignovit primitus Cl. Trouessart.

**Ovipari** vel **vivipari**.

Haec familia minus naturalis est, quia ex generibus intersese satis diversis constituta, intersese tantum propter vitae consuetudines earumque effectus convenientes, ceterum e stemmatibus diversis descendentes, quod genera *Cnemidocoptes* et *Laminosioptes* cum *Epidermoptidis* avicolis melius convenient, *Sarcoptes* autem et *Notoedrus* cum ab *Epidermoptidis mammalicolis* certe descendeant, parasitismo ulteriori amplius modificati, et *Cytodites* incertae originis adpareant. Certe, dymorphismo sexuali (in pedum crassitie et corporis fabrica) nullo, intersese conveniunt, familiamque constituunt, nec non disculis genitalibus nullis (excepto *Cnemidocoptes*) *Analgesidis* multo remotiorem quam familia *Epidermoptidarum*.

Certe unicus character qui ex habito et vitae consuetudine de quo hucusque usi sunt auctores pluri ad genera in subfamiliis vel familiis dividenda, simul *Epidermoptidas* elevatiores, *Analgesidis* perproximas, *Sarcoptidis* inferioribus adpropinquando, quia omnes *acariasim* plus minusve evolutam inducentes, non validior est nec systema hoc exemplo dignum, quia larvae quoque *Trombidiorum* pluresque alii acari (*Tarsonemidae*) *acariasim* inducunt parasitice vivendo, et eadem species (*Psoralges libertus*), scabiigera aetate iuniori, libera inter *Analgesidas* vel *Epidermoptidas* aetate maturiori est inserenda.


**Habitant** acari huius familiae, vel super aves in earum epidermide, plus minusve intossi (*Cnemidocoptes*, *Laminosioptes*), vel earumdem in organis respirationis celati (*Cytodites*) vel super mammalia, scabiem graviorem inducentes (*Sarcoptes*, *Notoedrus*).

Explicatio tabulae VI.

- Fig. 1. *Cytodites nudus* mas. supinus.
- Fig. 2.     >     >     foem. supina.
- Fig. 3. *Laminosioptes cysticola* mas. supinus.
- Fig. 4.     >     >     foem. supina.
- Fig. 5. *Sarcoptes Canis* mas. supinus.
- Fig. 6.     »     >     foem. supina.

GENERA SARCOPTIDARUM.

Sic haec familia in genera dividi potest:



Rostrum mandibulis simul concretis, in haustellum deformatis (Unicum genus sic ore conformato inter *Cryptostigmatis* aliisque acaris) (*Avicoli*) . . . . . **Cytodites**



GENUS I. **Cytodites Mègnin** 1870.

Unica huius generis species est *Cytodites nudus* (Viz.) Mègn. (in trachea et receptaculis aereis Gallinaceorum — Europa).

GENUS II. **Laminosioptes Mègnin** 1880.

Etiam in hoc genere species unica est sive *Laminosioptes cysticola* Vizioli. (Sub epidermide Gallinarum — Europa).

Neglige:

*Cytoleichus sarcoptoides* Mègn. sive *Cytodites nudus*,  
*Laminosioptes Gallinarum* Mègnin idest *Laminosioptes cysticola* Vizioli.

GENUS III. **Notoedrus Baillet** et **Lucet** 1893.

Sic generis huius species hucusque notae dividantur:

|                                                                                                              |   |                                                        |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---|--------------------------------------------------------|
| Dorsum squamulis obtusis auctum, spinulae iliacaе robustae, anus in dorso at margini postico adpropinquatus. | { | Super <i>Felem catum</i> . . . . N. Cati Hering        |
|                                                                                                              |   | Super <i>Leporem cuniculum</i> . . N. Cuniculi Gerlach |

Dorsum squamulis nullis; spinulae iliacaе exiliores; anus in medio dorso apertus (Super *Mures, Arvicolas*) . . . . . N. Muris Mègn.

GENUS IV. **Sarcoptes Latreille** 1806.

Difficilius generis huius species intersese distinguntur, nisi hospes consideretur; species hucusque notae sunt:

α in Europa quoque viventes (\*).

*Sarcoptes hominis* Hering. (Super *Homo sapiens*);  
*Sarcoptes scabiei crustosae* Fürstemberg. (*Homo sapiens*);

(\*) Haec species non *per hospitem* sunt expositae quod plures super hospites varios vivere possint.

*Sarcoptes chiropteralis* Trouessart. (*Rhinolophus ferrumequinum*, *Vesperugo serotinus*);

*Sarcoptes Canis* Gerl. (*Canis familiaris*, *Homo* etc.);

*Sarcoptes Lupi* Mègnin. (*Canis lupus*);

*Sarcoptes Vulpis* Fürstemberg. (*Canis Vulpes*);

*Sarcoptes Furonis* Railliet. (*Putorius Furo*);

*Sarcoptes Equi* Gerlach. (*Equus Caballus*, *E. Asinus* etc.);

*Sarcoptes Suis* Gerlach. (*Sus Scropha*);

*Sarcoptes parvulus* Canestrini. (*Sus Scropha*);

*Sarcoptes Caprae* Fürstemberg. (*Capra Hircus*);

*Sarcoptes Ovis* Mègnin. (*Ovis Aries*);

*Sarcoptes Rupicaprae* Hering. (*Antilope Rupicapra*);

*Sarcoptes praecox* Canestrini. (*Lepus Cuniculus*).

### β Extraeuropeai:

*Sarcoptes Leonis* Delafond. et Bourguignon. (*Felis Leo*):

*Sarcoptes Dromedarii* Gervais. (*Camelus Dromedarius*. *C. batrianus*, *Auchenia Lama*, *Camelopardalis Giraffa*, *Antilope bubalus*);

*Sarcoptes Hydrochoeri* Mègnin. (*Hydrochoerus Capybara*);

*Sarcoptes Wombati* Railliet. (*Phascolomys Wombat* — Australia).

Generis huius species negligendae haec sunt:

*Sarcoptes Alepis* Raill. et Lucet (etc.) sive *Notoedrus Muris*;

*Sarcoptes anacanthus* Delafond et Bourguignon est *Cnemidocoptes mutans*;

*Sarcoptes Cameli* Mègnin (nec non Perroncito etc.) idest *Sarcoptes Dromedarii*;

*Sarcoptes Cati* Hering (nec non Gerlach, Haller, Perroncito etc.) est *Notoedus Cati*;

*Sarcoptes Cynotis* Hering (Haller etc.) sit *Otodectes Cynotis*;

*Sarcoptes cysticola* Vizioli appelletur *Laminosioptes cysticola*;

*Sarcoptes Gallei* Owen est *Sarcoptes Hominis*;

*Sarcoptes hyppopodos* Hering est *Glycyphagus spinipes*;

*Sarcoptes laevis* Auct. comprehendit *Cnemidocoptes Gallinae* et *Cnem. Columbae*.

*Sarcoptes laevis* var. *Columbae* Auct. idest *Cnemidocoptes Columbae*.

*Sarcoptes laevis* var. *Gallinae* Auct. appelletur *Cnemidocoptes Gallinae*;

*Sarcoptes minor* Fürstemb. comprehendit *Notoedrus Cuniculi* et *N.*

*Cati*;

*Sarcoptes minor* var. *Cati* Railliet etc. sit. *Notoedrus Cati*;

*Sarcoptes musculus* Koch etc. est *Myocoptes musculus*;

*Sarcoptes mutans* Robin (nec non Mègnin, Perroncito etc.) sit *Cnemidocoptes mutans*;

*Sarcoptes nidulans* Hering est *Sarcopterus nidulans* (inter *Prostigmata*);

*Sarcoptes notoedres* Delafond et Bourguignon (Mègnin etc.) est *Notoedrus Muris* et *N. Cati*;

*Sarcoptes notoedres* var. *Muris* Mègn. idest *Notoedrus Muris*;

*Sarcoptes notoedres* var. *Cati* Mègn. appelletur *Notoedrus Cati*;

*Sarcoptes palumbinus* Koch, (Walken. etc.), quid est? an ex genere *Cnemidocoptes*?

*Sarcoptes passerinus* Latreille est *Analges passerinus*;

*Sarcoptes scabiei* Latreille (etc. etc.) sit *Sarcoptes Hominis*;

*Sarcoptes scabiei* var. *Cameli* Mègn. (Railliet etc.) est *Sarcoptes Dromedarii*;

*Sarcoptes scabiei* var. *Canis* Railliet est *Sarcoptes Canis*;

*Sarcoptes scabiei* var. *Caprae* Mègnin (Railliet etc.) est *Sarcoptes Caprae*;

*Sarcoptes scabiei* var. *Equi* Mègnin (Railliet) sit *Sarcoptes Equi*;

*Sarcoptes scabiei* var. *Furonis* Railliet appelletur *Sarcoptes Furonis*;

*Sarcoptes scabiei* var. *Hominis* Mègnin (Railliet etc.) sit *Sarcoptes Hominis*;

*Sarcoptes scabiei* var. *Hydrochoeri* Mègnin est *Sarcoptes Hydrochoeri*;

*Sarcoptes scabiei* var. *Leonis* Railliet appelletur *Sarcoptes Leonis*;

*Sarcoptes scabiei* var. *Lupi* Mègnin (Railliet etc.) est *Sarcoptes Lupi*;

*Sarcoptes scabiei* var. *Ovis* Mègnin (Railliet etc.) sit *Sarcoptes Ovis*;

*Sarcoptes scabiei* var. *Suis* Mègnin (Railliet etc.) appelletur *Sarcoptes Suis*;

*Sarcoptes scabiei* var. *Vulpis* Mègnin (Railliet etc.) sit *Sarcoptes Vulpis*;

*Sarcoptes scabiei* var. *Wombati* Mègnin est *Sarcoptes Wombati*;

*Sarcoptes squamiferus* Hering (Fürstemberg, Haller etc.) est *Sarcoptes Canis*;

*Sarcoptes strigis* Genè est hypopus (*Hypodectes*) *analgesidae* cuiusdam.

## GENUS V. *Cnemidocoptes* Fürstemb. 1870.

Huius generis species bene notae et in Italia com-pertae tres sunt:

Super gallinearum pedes victitans,  
scabiem quamdam crustosam late producens . . **Cn. mutans (Rob.)**  
**Fürst.**

Super ceteri corporis epiderma in a-vibus victitantes,  
plumas basi truncantes. } Epimeris anticis intersese di-scretis (*Gallus domesticus*) **Cn. Gallinae Raill.**

Super ceteri corporis epiderma in a-vibus victitantes,  
plumas basi truncantes. } Epimeris anticis intersese linea transversa, chitinea coniunctis (*Columba dom.*) **Cn. Columbae Raill.**

Species non italica est *Cnemidocoptes fossor* Ehlers (super *Munia maia*).

Species rursus inquirendae, cuius mas adhuc latet sunt:  
*Cnemidocoptes Philomelae* Sicher (super *Luscinia philomela*, Italia); *Cnemidocoptes glaberrimus* Sicher (super *Picus medius*, Italia).

**Neglige:**

*Cnemidocoptes viviparus* Fürstemb. qui est *Cnemidoc. mutans* appellandus.

In hac familia negligenda sunt genera et species sequentia:

Gen. **Dermatodectes** Fürstemberg; idest *Psoroptes* Gervais;

**Species:**

*Dermatodectes communis* Fürstemb. (nec non Bourg. et Delaf. etc.) sive *Psoroptes Equi*;

*Dermatodectes Equi* Gerlach (etc.) sive *Psoroptes Equi*;

*Dermatodectes Ovis* Gerlach (etc.) est *Psoroptes Ovis*.

Gen. **Dermatophagus** Fürstemberg synonym. gen. *Chorioptes* Gervais;

Spec. *Dermatophagus bovis* Fürstemb. idest *Chorioptes Bovis*;

Gen. **Dermatophagoides** Bogdanoff. sive *Chorioptes* Gerv.;

Spec. *Dermatophagoides Scheremetenskyi* Bogdan. ex gen. *Chorioptes*.

Gen. **Dermatoryctes** Ehlers synonym. gen. *Cnemidocoptes* Fürstemb.;

Spec. *Dermatoryctes fossor* Ehlers idest *Cnemidocoptes fossor*;

*Dermatoryctes mutans* Ehlers sive *Cnemidocoptes mutans*.

Gen. **Sarco-Dermatodectes** Delafond et Bourguignon idest *Chorioptes* Gerv.

Gen. **Symbiotes** Gerlach idest *Chorioptes* Gervais;

**Species:**

*Symbiotes auricularum* Railliet et Cadot est *Otodectes Cynotis*;

*Symbiotes avus* Trouess. et Neum. est *Microlichus avus*;

*Symbiotes Bovis* Gerlach (Perroncito etc.) sit *Chorioptes Bovis*;

*Symbiotes Equi* Gerlach (Perroncito etc.) est *Chorioptes Equi*;

*Symbiotes ecaudatus* Perroncito est *Otodectes Cynotis*;

*Symbiotes spathiferus* Mègnin idest *Chorioptes Equi*;

*Symbiotes tripilis* Michael est *Caparinia tripilis*.

## FAMILIA II. EPIDERMOPTIDAE

(Tab. VII - VIII)

*Corpus varie conformatum, in foeminis plerumque rotundato-ovale, humeratum. Derma submolle, scuto cephalothoracico (saltem) bene manifesto, punctulato, ceterum striatum. Rostrum normale, aliquando tamen maiusculum. Pedes in maribus plerumque diffformes; in foemina tertii; vel tertii et quarti paris aliquando ambulacro destituti. Ambulacra saepius longe pedunculata, apice infundibuliformia. Disculi genitales in utroque sexu nulli; Disculi copulationis in mari manifesti.*

*Dymorphismus sexualis etiam corporis fabrica perconspicuis.*

*Hypopi in hac familia non dignoscuntur.*

*Ovipari vel ovovivipari.*

*Habitant super avium epiderma, scabiem leniorem vel nullam inducentes, super mammalia scabiem sat gravem conficientes.*

**Derma** in acaris familiae huius pellucidulum, hyalinum est, undique striatum. Sunt tamen scutula melius chitinea vix pallide terrea, crebrius punctulata, saltem in cephalothoracis dorso manifesta, quod est in *Epiderm. mammalicolis*. Abdomen in nonnullis speciebus ex *Epiderm. avicolis* scutis quoque in dorso augitur, quo caractere etiam species haec valde *analgesidis* adpropinquantur. *Setulae* corpus adornantes, vel simplices longiores, vel spiniformes, vel etiam late foliiformes (in extremo abdomine marium nonnullorum conspicuae).

**Corpus** varie conformatum est, in foeminis quam in maribus; semper bene humeratum, postice in foeminis (excepto genere *Psoralges*) rotundatum, sed in mari saepius plus minusve incisum est, aliquando bifidum, bicornis etc.

**Rostrum** conicum vel breve, vel longum validumque (*Chorioptes*, *Psoroptes*) tamen mandibulis cheligeris, palpis, hypostomate ut in ceteris familiis constituitur.

**Pedes** mediocres, conici. *Tarsi* in unguem apice plerumque desinentes. *Ambulacra* saepius, pedunculata, infundibuliformia sunt; pedunculis longioribus, quasi articulatis in mammalicolis, in avicolis brevioribus, simplicibus. *Ambulacra* generis *Heteropsorus*, membranula latissima sunt constituta. *Pedes* tertii paris ambulacris sunt destituti in foeminis generis *Psoroptes*; tertii quartique paris in foeminis generis *Chorioptes*. Sed in genere *Psoralges* larvae et nymphae, in pedibus posticis ambulacris carent, quum adulti utriusque sexus bene ambulacris sint. In ceteris generibus ambulacra in utroque sexu in pedibus omnibus adsunt, pedunculata.

**Genitalia** (externa) semper in ventre sunt, disculis autem genitalibus omnino destituta. *Penis* brevissimus, conicus, *vulva* circine praevulvari saepius aucta.

**Disculi copulationis** semper in mari manifesti.

**Dymorphismus** sexualis bene conspicuus, praecipue tertiorum pedum maris crassitie et longitudine, ita ut (exceptis generibus *Pachylichus* et *Microlichus*), species huius familiae valde generibus *Megninia*, prima facie, sint conformes.

**Polymorphismus** in maribus numquam inventus est.

**Ovipari** vel **ovovivipari**.

Familia haec ex speciebus est constituta, inter *Analgesidas* et *Sarcoptidas* insitas, et praecipue parasitismi causa degenerata. Species ergo minus parasitae conveniunt cum *Analgesidis* et sunt istae species inter *Epiderm. avicolas*; ceterae species gravius parasitae, sive mammalicolae, in *Sarcoptidas* veras incurrunt, praecipue pedibus foeminarum ambulacris destitutis, scutis dorsualibus minus evolutis, consuetudine vitae, per quam scabiem aliquando sat gravem in hospitibus inducunt. *Epidermicolae* tantum sunt species super aves viventes; ex excreatis in auribus mammalium obviis victitantes sunt species generis *Psoroptes*; in aetate iuniori parasitae, acariasim conficientes, demum in aetate adulta liberi sunt *Psoralges*; semper parasitae, scabiem sat gravem inducentes sunt species ex genere *Chorioptes*. Omnes tamen dymorphismo sexuali manifestiori, aliisque characteribus satis a *Sarcoptidis* diversi; ambulacris autem pedunculatis, etc. ab *Analgesidis* remoti.

**Habitant** acari huius familiae vel super avium epiderma, non scabiem inducentes, vel super mammalia, plus minusve hospiti suo infesti.

### Explicatio tabularum.

#### Tab. VII.

(*Psoroptina*)

- Fig. 1. *Psoroptes Bovis* mas. supinus.  
 Fig. 2.    >            > foem. supina.  
 Fig. 3. *Otodectes Cynotis* mas. supinus.  
 Fig. 4.    >            > foem. supina.

#### Tab. VIII.

(*Epidermoptina*)

- Fig. 1. *Rivoltasia bifurcata* mas. supinus.  
 Fig. 2.    >            > foem. supina.  
 Fig. 3. *Microlichus avus* mas. supinus.  
 Fig. 4.    >            > foem. supina.

SUBFAMILIAE EPIDERMOPTIDARUM.

Sic familia Epidermoptidarum in subfamiliis dividi potest:

- Adsunt ambulacra in pedibus omnibus utriusque sexus . . . . . **Epidermoptina**
- Deficiunt ambulacra in pedibus tertii vel tertii et quarti paris in foeminis. . . . . **Psoroptina**

PSOROPTINARUM GENERA.

Sic dividantur in genera:

- Utriusque sexus adulti pedes omnes ambulacrati . . . **Psoralges**
- |                                                                 |   |                                                                      |                                                                           |                                                            |   |                                                               |                  |                   |
|-----------------------------------------------------------------|---|----------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------|---|---------------------------------------------------------------|------------------|-------------------|
| Foeminae par quodam pedum etiam in adulto ambulacro destitutum. | } | Foeminae ambulacra in pedibus omnibus excepto tertii paris . . . . . | }                                                                         | Maris abdomen in lobulos duos postice productum.           | } | Maris abdominis lobuli appendicibus foliaceis aucti . . . . . | <b>Psoroptes</b> | <b>Chorioptes</b> |
|                                                                 |   | Foeminae ambulacra tantum in pedibus primi et secundi paris.         | }                                                                         | Maris abdominis lobuli setulis simplicibus aucti . . . . . | } | <b>Ocaparinia</b>                                             |                  |                   |
|                                                                 |   |                                                                      | Maris abdomen postice tantum incisum, in lobulos haud productum . . . . . |                                                            |   | <b>Otodectes</b>                                              |                  |                   |

GENUS I. **Otodectes Canestr.** 1894.

Species duae (Europae) ex hoc genere sunt intersese tantum statura et hospite diversae, sive:

Foem. 420  $\mu$ ; mas 380  $\mu$ . (*Canis familiaris*, *Felis catus*) . . . . . **O. Cynotis Hering**

Foem. 380  $\mu$ .; mas 270  $\mu$ . (*Putorius Furo*) . . . . . **O. Furonis Baill.**

Nulla alibi species est collecta.



GENUS II. **Caparinia** Canestr. 1894.

Species huius generis hucusque notae tres sunt:

- Pedes quarti paris fere rudimentales; pedes tertii quartique paris setis tribus longissimis terminati; Abdomen setis quatuor terminatum. Foem. tantum nota (*Erinaceus europaeus*) . . . . . **O. triplilis (Mich.) Can.**
- Pedes quarti paris satis evoluti; pedes tertii quartique paris setis tribus mediocribus terminati; abdomen postice bisetum. { Setulae abdominis posticae longiores; mas 320  $\mu$ . foem. 360  $\mu$ . (*Hyena*) . . . . . **O. Hyenae (Még.) Can.**
- { Setulae abdominis posticae dimidio curtiores quam in *C. Hyenae*; mas 400  $\mu$ ; Foem. 450  $\mu$ . long. (*Canis vulpes*) . . . . . **O. Vulpis (Még.) Can.**

Nulla species huius generis in Italia est collecta.

GENUS III. **Psoroptes** Gervais 1841.

Species huius generis intersese tantum magnitudine et hospite diversae videntur; sunt enim:

 $\alpha$  *Europeae.*

- Foem. 600  $\mu$ .; mas 500  $\mu$ . (*Equus Caballus*, *E. asinus* etc.) . . . . . **Ps. Equi Gerlach**
- Foem. 590  $\mu$ .; mas 467  $\mu$ . (*Bos Taurus*) . . . . . **Ps. Bovis Gerlach**
- Foem. 720  $\mu$ .; mas 559  $\mu$ . (*Ovis Aries*) . . . . . **Ps. Ovis Gerlach**
- Foem. 760  $\mu$ .; mas 580  $\mu$ . (*Lepus Cuniculus*) . . . . . **Ps. Cuniculi Még.**

 $\beta$  *Extraeuropeae.*

- Foem. 680-700  $\mu$ .; mas 510  $\mu$ . (*Sp. ?*) . . . . . **Ps. Gazellae Can.**

Ex genere *Psoroptes* negligendae sunt species sequentes:

- Psoroptes communis* auct. sive *Psoroptes Bovis*, *Cuniculi*, *Ovis*, *Equi*  
*Psoroptes communis* var. *Bovis* Railliet idest *Psoroptes Bovis*.

*Psoroptes communis* var. *Cuniculi* Railliet est *Psoroptes Cuniculi*.

*Psoroptes communis* var. *Ovis* Railliet est *Psoroptes Ovis*.

*Psoroptes longirostris* Mégnin comprehendens varias huius generis species.

*Psoroptes longirostris* var. *Bovis* Mégn. idest *Psoroptes Bovis*.

*Psoroptes longirostris* var. *Cuniculi* Mégn. est. *Psoroptes Cuniculi*.

*Psoroptes longirostris* var. *Equi* Mégn. appelletur *Psoroptes Equi*.

*Psoroptes longirostris* var. *Ovis* Mégn. sit *Psoroptes Ovis*.

#### GENUS IV. **Chorioptes Gervais** 1841.

Etiam generis huius species duae hucusque cognitae, tantum hospite diverso sunt distinguendae, minusque magnitudine (1). Haec sunt:

Super *Equum Caballum* . . . . . **Ch. Equi Hering.**

Super *Bovem Taurum* . . . . . **Ch. Bovis Gerlach.**

Species huius generis negligendae: quia aliarum synonymimae sunt:

*Chorioptes auricularum* Raill. etc. eiusque variet, *Ch. auricul. var Canis* et var. *Cati* sive *Otodectes Cynotis*.

*Chorioptes auricularum* var. *Furonis* Raill. est *Otodectes Furonis*.

*Chorioptes ecaudatus* Mégnin sive *Otodectes Cynotis*.

*Chorioptes Hyenae* Perroncito est *Caparimia Hyenae*.

*Chorioptes setiferus* Mégnin appelletur *Chorioptes Equi*.

*Chorioptes setiferus* var. *Hyenae* Mégn. sit *Caparimia Hyenae*.

*Chorioptes setiferus* var. *Vulpis* Mégn. est *Caparimia Vulpis*.

*Chorioptes Symbiotes* var. *Bovis* Railliet idest *Chorioptes Bovis*.

*Chorioptes Symbiotes* var. *Equi* Raill. sit *Chorioptes Equi*.

*Chorioptes vulpis* Perroncito idest *Caparimia Vulpis*.

#### GENUS V. **Psoralges Trouessart** 1896.

Unica huius generis species extraeuropaea est *Psoralges libertus* Trouess. (super *Tamandua tetradactyla* — America) collecta.

---

(1) Exempla nostra utriusque speciei, minime intersese magnitudine sunt diversa nulloque alio caractere, quare supervacaneum delineare ambas putavi, tamen *Ch. Equi* secundum Gerlach super *Bovem* non vivit, neque *Ch. Bovis* super *Equum*; hac re species diversas esse videtur.

## EPIDERMOPTINARUM GENERA.

Tribus haec, analgesidis propinquior, sic dividatur:

|                                                     |                                                                   |                                                                                            |                                  |
|-----------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------|
| Membranula ambulacris, sexilis, latissima . . . . . |                                                                   | <b>Heterosorus</b>                                                                         |                                  |
| Membranula ambulacris pedunculata, minor.           | Maris pedes tertii paris ceteris valde robustiores . . .          | <b>Dermation</b>                                                                           |                                  |
|                                                     |                                                                   | Pedes 1 <sup>i</sup> et 2 <sup>i</sup> paris in utroque sexu ceteris robustiores . . . . . | <b>Microlichus</b>               |
**Corpus** vel breviter ovale, vel valde elongatum est. In speciebus nonnullis (*Listrophorus*, *Labidocarpus*, *Schizocarpus*) etiam valde compressum, quare species istae gibbosulae sunt et supinae vel pronae difficilius conspici possunt.

**Derma** molle est, sed in generibus supradictis scuta aliquot sunt, praecipue in antico, ad dorsum, duriora et obscuriora, saepius quasi epistoma vel tectum supra rostrum extensa, punctulata. In ventre quoque epimera in scutis duris plus minusve dilatantur.

**Rostrum** in subfamilia Chirodiscinarum simplex, normale, minusculum; in familia Listrophoridarum maxillis abnormibus, sive dilatatis foliaceis, convolutis, intersere forcipem quemdam ad pilos hospitis amplexandos, deformatum.

Videas de hoc melius ad gen. *Listrophorus*.

**Pedes** mediocres vel parvi, in Listrophoris, secundi paris ceteris minores, omnes in utroque sexu intersese magnitudine subpares, bene ambulacрати, normales sunt. In caeteris generibus ex familia Chirodiscidarum, vel primum par (*Chirodiscus*) vel primum et secundum (*Labidocarpus*, *Schizocarpus*), vel tertium aut tertium et quartum (*Myocoptes*) dilatantur, et quasi in laminas deformatantur aut aliter modificantur, ad forcipem sistendum ut hospitis pili amplexari possint.

**Ambulacra** vel nulla (in pedibus deformatis), vel minora ex membranula subrotundata, uncis nullis constituta.

**Disculi genitales** adsunt in utroque sexu clavati, ad genitalium margines conspicui.

**Disculi copulationis** plerumque praesentes.

**Penis** mediocris conicus, inter posticos pedes plerumque insitus.

**Vulva** ventralis bilabiata.

**Anus** semper ventralis.

**Dimorphismum sexuale** sat manifestum, praecipue quod mares abdomine postice varie fabricato quam in foeminis suis sint conspicui, et pedibus quoque variant, quamvis minus.

**Hypopi** in hac familia non dignoscuntur.

**Ovipari** videntur esse huius familiae acari.

**Habitant** super Mammalia, praecipue super rodentia, inter corporis pilos inquirendi, pilis iisdem arcte adnexi, tamen a *Cheyletiellis* inquisiti et devorati.

## Explicatio tab. XI.

- Fig. 1. *Listrophorus Pagensteckeri* Hall. mas. supinus;  
 Fig. 2.       "       "       "       foem. supina;  
 Fig. 3. *Labidocarpus Rollinati* Trouess. mas. supinus;  
 Fig. 4.       "       "       "       foem. supina.

### SUBFAMILIAE LISTROPHORIDARUM

Familia haec in subfamiliis duabus dividit Cl. Trouesart, sive:

- |                                                                                 |                      |
|---------------------------------------------------------------------------------|----------------------|
| Maxillae abnormes, sive ad pilos hospitis ample-<br>xandos deformatae . . . . . | <b>Listrophorina</b> |
| Maxillae normales (ut in caeteris Sarcoptidis con-<br>formatae) . . . . .       | <b>Chirodiscina</b>  |

### SUBFAMILIA LISTROPHORINA

Unicum genus hucusque notum continet: *Listrophorus*  
*Pagenst.*

### SUBFAMILIA CHIRODISCINA

Sic in genera dividatur:

- |                                                                                     |                  |
|-------------------------------------------------------------------------------------|------------------|
| Pedes tertii et quarti paris ad pilos hospitis ample-<br>xandos deformati . . . . . | <b>Myocoptes</b> |
|-------------------------------------------------------------------------------------|------------------|

- |                                                                                              |   |                                                                    |                      |
|----------------------------------------------------------------------------------------------|---|--------------------------------------------------------------------|----------------------|
| Pedes tertii et quarti paris unguiculis tantum aucti; disculi copulationis nulli.            | } | Ambulacra conspicuntur in pedibus primi et secundi paris . . . . . | <b>Campylochirus</b> |
| Pedes tertii et quarti paris, membranula ambulacrali aucti; disculi copulationis praesentes. | } | Ambulacra in pedibus primi et secundi paris nulla                  | <b>Chirodiscus</b>   |

- |                                                   |   |                                                                                                       |                     |
|---------------------------------------------------|---|-------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------|
| Pedes tertii et quarti paris simplices, normales. | } | Extremum segmentum pedum primi et secundi paris in laminulis binis, approximatis bipartitum . . . . . | <b>Schizocarpus</b> |
| Pedes tertii et quarti paris simplices, normales. | } | Extremum segmentum pedum primi et secundi paris laminula unica constitutum . . . . .                  | <b>Labidocarpus</b> |

GENUS I. **Listrophorus** Pagenstecher 1861

Species in Europa collectae haec sunt:

Abdomen maris in caudam longiorem, cylindricam, apice bipartitam postice productum (*Lepus*) . . . **L. gibbus** Pag.

|                                               |   |                                                                                                        |
|-----------------------------------------------|---|--------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Abdomen maris postice subrotundato-truncatum. | } | Clypeus (sive hypostoma) anterius subacutum, curte bipilum ( <i>Arvicola</i> ) <b>L. Leukarti</b> Pag. |
|                                               |   | Clypeus anterius recte truncatum, vel excavatum, impilum.                                              |

|   |                                                                                                |
|---|------------------------------------------------------------------------------------------------|
| } | Maris abdomen postice subacutum, vix incisum ( <i>Mustela</i> ) . . . <b>L. Mustelae</b> Mègn. |
|   | Maris abdomen postice bene bifidum ( <i>Sciurus</i> ) . <b>L. Pagenstecheri</b> Hall.          |

Species huius generis hucusque notae sunt:

*Listrophorus gibbus* Pagenstecher (super *Lepus timidus*; Europa); *Listrophorus Leukarti* Pag. (*Arvicola amphibius*; Europa); *Listrophorus Mustelae* Mègnin (*Mustela vulgaris*; Europa), *Listrophorus Pagenstecheri* Haller (*Sciurus europaeus*; Europa).  
*Listrophorus cucullatus* Trouessart (*Mus decumanus*; Asia).

GENUS II. **Myocoptes** Claparède 1868

Haec sunt species omnes in Europa compertae:

Mas disculis copulationis nullis, abdomine postice longe quadriseto (*Arvicola*) ; . . . . . **M. tenax** Mich.

|                                                                                             |   |                                                                                                                 |
|---------------------------------------------------------------------------------------------|---|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Mas disculis copulationis conspicuis, abdomine postice setis longis tantum duabus praedito. | } | Mas pedibus quarti paris tertiis crassioribus ( <i>Mus musculus</i> ) . . . . . <b>M. musculus</b> (Koch) Clap. |
|                                                                                             |   | Mas pedibus quarti paris tertiis multo minoribus abdomen non superantibus.                                      |

|   |                                                                                                                                 |
|---|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| } | Mas abdomine postice bene bilobo ( <i>Myoxus glis</i> ). <b>M. glirinus</b> Can.                                                |
|   | Mas abdomine postice truncato, vix arcuato. ( <i>Cri-caetus</i> ) . . . . . <b>Myocoptes Oricae-</b><br><b>ti</b> (Poppe) Berl. |

Species ergo sunt:

*Myocoptes musculus* (Koch) Claparède (super *Mus musculus*; Tota Europa); *Myocoptes glirinus* Canestrini (*Myoxus glis*; Italia); *Myocoptes tenax* Michael (*Arvicola arvalis*; Britannia, Gallia); *Myocoptes Cricaeti* Poppe (*Cricaetus frumentarius*; Germania).

Huius familiae negligenda sunt:

Genus **Haptosoma** Kramer 1896, pro *H. truncatum* constitutum, quae species synonyma est speciei:

*Schizocarpus Migaudi* Trouess., uno tantum mense antea descriptae.

Genus **Histiophorus** Friedrich 1896, pro *Histioph. Castoris* constitutum; quod etiam uno mense post memoriam Trouessarti publico jure factam in lucem editum est, et *Histiophorus Castoris* idem est quam *Schizocarpus Migaudi*.

Genus **Oriniscansor** Poppe, idest *Myocoptes* Claparède.

### GENUS III. **Labidocarpus** Trouessart 1895

Species huius generis in Europa compertae sunt, sive:

Pedes tertii paris biungues; 350  $\mu$ . . **L. Rollinati** Trouessart.

Pedes tertii paris triungues; 800  $\mu$ . . **L. megalonyx** Trouessart.

Ambae species haec super *Rhynolophum ferrum-equinum* sunt collectae.

### GENUS IV. **Schizocarpus** Trouessart 1896

Unica species huius generis, sive *Schizocarpus Migaudi* Trouessart super *Castor fiber* extra Italiam est collecta.

### GENUS V. **Chirodiscus** Trouessart 1893

Species plures dignoscuntur huius generis, secundum Trouessart, omnes extraeuropeae, ex quibus unam tantum auctor ille descripsit, sive *Chirodiscus amplexans* Trouessart, super *Anomalurus erythronotus*, (Africa) collectam.

### GENUS VI. **Campylochirus** Trouessart et Neumann 1890

Unica species huius generis, *Campylochirus adhaerens* Trouess. et Neum. super *Marsipalia* Australiae est collecta.

## FAMILIA V. CANESTRINIDAE

(Tab. XII.)

*Corpus ovale vel subrhombeum. Derma tenuissime striatum, scutis chitineis nullis vel subaevanidis.*

*Rostrum normale, mandibulis cheligeris vel articulo postremo (Linocoptes) serrulato.*

*Pedes omnes ambulacrati, intersese subpares, vel quarti paris in mari vix caeteris crassiores. Ambulacra semper membranula lata, foliacea, et unco medio conspicuo constituta.*

*Disculi genitales semper adsunt, quatuor numero, claviformes, circa genitalia conspicui.*

*Disculi copulationis aliquando deficiunt.*

*Anus in postico ventre apertus.*

*Dimorphismum sexuale, propter abdominis postremi fabricam pedumque posticorum crassitie aliquando manifestum.*

*Hypopi non dignoscuntur.*

*Ovipari; habitant super insecta (coleoptera), haud parasi.*

Familia haec ab Analgesidis distinguitur, praecipue disculis genitalibus bene evolutis.

**Derma** molle est, raro scutis auctum, quod in cephalothorace *Linocoptis Coccinellae* videbis, in caeteris generibus scuta nulla sunt, et derma totum tenuissime striatum, vel punctulatum adparet. Abdomen semper nudum. Setulae corpus adornantes semper simplices.

**Corpus** ovale est, plus minusve rhombeum, sive bene humeratum, postice subacutum vel rotundatum, vel subtruncatum. Sulcus thoraco-abdominalis ad dorsum semper bene manifestum.

**Rostrum** conicum, mediocre est. Mandibulae mala robusta sunt terminatae in omnibus generibus, excepto genere *Linocoptes* in quo mandibulae biarticulatae, articulo postremo inferne serrulato gaudent.



**Pedes** mediocres, intersese subsimiles, tamen in *Canestrinia Blaptis* et *C. Cerambicis* mas pedibus quarti paris sat incrassatis est praeditus.

**Ambulacra** omnium generum membranula lata foliiformi, ovali, cuius in medio unguis exoritur, totus membranula eadem involutus, sed manifestus, sunt constituta.

**Disculi genitales** quatuor numero sunt, semper manifestiores, clavatuli, iuxta genitalia dispositi.

**Disculi copulationis** sunt in genere *Canestrinia*, in caeteris generibus nulli.

**Penis** mediocris, unciformis, rectus, vel recurvus, in medio ventre conspicuus.

**Vulva** ventralis, bilabiata.

**Anus** semper ventralis.

**Dimorphismum** sexuale etiam abdominis postici fabrica manifestum est in *Canestrinia Cerambicis* et *C. Giardi*; in *C. Blaptis* tantum pedum posticorum crassitie.

**Hypopi** non dignoscuntur in hac familia.

**Ovipari** sunt acari huius familiae hucusque noti.

**Habitant** acari isti super insecta (*Coleoptera*) non tamen parasitae sex ex humoribus insectorum, quod videtur, victitantes; plerumque sub elithris absconditi, vel (*Canestrinia Blaptis*) super pectus insectorum numerosi, ovis, pullis etc. Excepto genere *Linocoptes*, naturalis familia est.

## Explicatio tabulae XII.

- Fig. 1. *Canestrinia Blaptis* foem. supina;  
 Fig. 2.       "               "       mas supinus;  
 Fig. 3. *Linocoptes Coccinellae* foem. supina;  
 Fig. 4.       "               "       mas supinus.

### GENERA CANESTRINIDARUM

Familia haec sic in generibus subdividi potest:

|                                               |   |                                                      |                                  |
|-----------------------------------------------|---|------------------------------------------------------|----------------------------------|
| Mandibulae<br>cheligerae                      | } | Adsunt in mari disculi copu-<br>lationis . . . . .   | <b>Canestrinia</b> Berl.         |
|                                               |   | Deficiunt omnino disculi copu-<br>lationis . . . . . | <b>Coleopterophagus</b><br>Berl. |
| Mandibulae apice in serrulam desinentes . . . |   |                                                      | <b>Linocoptes</b> Berl.          |

GENUS I. **Canestrinia** Berlese 1880

Sic huius generis species dividas:

|                                              |   |                                                                              |                                                                                                  |                           |
|----------------------------------------------|---|------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------|
| Abdomen maris postice acutum vel bipartitum. | { | Corpus in utroque sexu plus quam duplo longius quam latum ( <i>Ceramix</i> ) | <b>C. Cerabiciis (Can.) Berl.</b>                                                                |                           |
|                                              |   | Corpus in utroque sexu fere aequale longum ac latum ( <i>Chrysomela</i> )    | <b>C. Giardi Trouessart</b>                                                                      |                           |
|                                              |   | Pedes omnes crassitie interese subpares (in mari)                            | Maris abdomen postice truncatum, penis recurvum ( <i>Dorcus parallelepipedus</i> ) . . . . .     | <b>C. dorcicola Berl.</b> |
|                                              |   |                                                                              | Maris abdomen postice rotundatoangulatum; penis rectus ( <i>Procrustes coriaceus</i> ) . . . . . | <b>C. Procrusti Berl.</b> |

Species supradictae nec non *C. dorcicolae* var. *Pentodontis n. var.* (super *Pentodon punctatus*), in Italia sunt inventae, excepta *C. Giardi Trouessart* (super *Chrysomelam rubiginosam*) in Gallia collecta.

GENUS II. **Coleopterophagus** Berlese 1882

Duas species huius generis inveni in Italia, neque alibi sunt compertae; haec sunt:

|                                                                                                                            |                            |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------|
| Abdomen (in utroque sexu) posterius leniter bilobatum, quoque lobulo longe tripilo ( <i>Cetonia florentina</i> ) . . . . . | <b>C. Megninii Berl.</b>   |
| Abdomen (in utroque sexu) posterius recte truncatum, in angulis bipilum ( <i>Carabus cancellatus</i> )                     | <b>C. carabicola Berl.</b> |

GENUS III. **Linocoptes** Berlese 1884

Unica huius generis species, in Europa est comperta, iam de tempore, quae appellanda est *Linocoptes Coccinellae (Scapoli) Berlese*, super *Linam Populi* occurrentem (Austria, Germania, Italia).

## FAMILIA VI. TYROGLYPHIDAE

(Tabb. XIII - XIV - XV)

Corpus plus minusve ovale, plerumque posterius rotundatum vel subtruncatum. Derma fere semper molle, exillime striatum ita ut striae difficiliter adpareant, rarius punctulatum vel tuberculatum. Abdomen in dorso omnino nudum, et cephalothorax plerumque sculis dorsualibus caret.

Rostrum normale, saepius mandibulis curte cheligeris, in genere *Histiostoma serruliformibus*.

Pedes mediocres, omnes ambulacрати (excepto mari omeomorpha generis *Rhyzogyphus*). Ambulacra unico ungue semper aucta, vel minimo (*Glycyphagus*), vel maiori, nec non membranula plus minusve evoluta praediti.

Disculi genitales numero quatuor, rarissime evanidi (species paucae gen. *Glycyphagus*), plerumque claviformes, vel sexiles, perconspicui circa genitalia.

Disculi copulationis in pluribus generibus praesentes.

Anus in postico ventre apertus.

Adest nympa hypopialis in fere omnibus generibus nota.

Dimorphismum sexuale rarum, sive pedibus varie in maribus, quam in foeminis, conformatis conspicuum (*Rhyzogyphus*), vel rarissime abdomine dispari (*Histiogaster*).

Ovipari.

Liberi sunt acari huius familiae, in putrescentibus vel super cibaria vel in quisquiliis aut detritis, in colonias aliquando numerosissimas viventes, lentissime deambulantes, pigri.

**Derma** permolle est, exeptis paucis speciebus ex genere *Glycyphagus*, in quibus duriusculum est et tuberculis, *Epicriorum* more, passim dissitis auctum. Epiderma autem tenuissime vel vix sensim striatum est, certe striis exilioribus, subevanidis. In speciebus generis *Rhyzogyphus*, *Anticum*, tamen in dorso, scuto trigono, robusto augitur, *Anal-*

*gesidarum* ritu, caeterum vel striae chitinae duae ad latera verticis stant, super pedum originem excurrentes, quas optime in *Trichotarso Xylocopae* videbis, vel totum nudum Anticum est.

Setulae corpus adornantes plerumque simplices, variae longitudinis sunt; aliquando etiam plumosulae, vel longe barbatulae vel laminiformes, flabelliformesve, quod rarius est.

**Corpus** ovale, antice subacutum, postice rotundatum vel rotundato — truncatum, lateraliter humeris plerumque bene prominulis. Sulcus dorsualis transversus, (exceptis *Glycyphagis*) corpus in partes duas dividit, anterior anticum, posterior abdomen. Sulcus iste, satis etiam ad ventrem est manifestus.

*Anticum* trigonum est, anterius subacutum.

*Abdomen* excepto *Histiogaster carpio*, semper postice rotundatum vel subtruncatum, in appendices haud productum.

**Rostrum** conicum, mediocre est, subinferum. Mandibulae chela robusta sunt auctae, digitis duabus constitutae, in fere omnibus generibus, sed in genere *Histiostoma* mandibulae unidigitatae, in serrulam perlongam productae sunt, inferne denticulatam.

In genere *Linocoptes* digitus unicus, inferne serrulatus, super mandibulae eiusdem corpus deflecti potest. Palpi parvuli, cylindrici sunt, in generibus omnibus, sed in *Histiostoma* biarticulati, articulis primo et secundo latiusculis, membranula hyalina marginatis, articulo postremo longe piliformi.

**Pedes** mediocres, intersese fere magnitudine et crassitie pares, tamen in maribus nonnullarum specierum (*Aleur. Farinae*, *Rhyzoglyphus echinopus*) pedes primi vel tertii paris incrassati sunt, et in *A. Farinae* (mari) etiam primi paris articuli secundus et tertius calcaribus vel tuberculis auguntur.

Tarsus vel mediocris, vel longior est, et in *Glycyphagis* (*G. spinipes*, *G. domesticus*) nonnullis elongatissimus. In speciebus nonnullis tarsi primi et secundi paris, prope basim ad dorsum, appendicula quadam clavatula, quae organum tactile consideratur, sunt aucti, et spinis vel setulis ad apicem praediti.

*Ambulacra* semper ungue unico sunt armata, et plerumque etiam membranula hyalina plus minusve evoluta constituuntur.

Unguis autem vel minimus, vix conspicuus est, in membranula ampulliformi insitus (*Glycyphagus domesticus*, *G. spinipes*) vel mediocris, ex eadem membranula late foliacea exortus (*Carpoglyphus passularum*) vel in tarsi apice insitus, maior, membranula mediocri basi involutus (*Tyroglyphus*), vel maximus membranula nulla auctus (*Rhyzoglyphus*).

Ambulacra ungue nullo, et membranula longe pedunculata, vere ut in sarcoptidis sunt in genere *Hemisarcoptes* et ungue longe pedunculato conspiciuntur in genere *Lentungula*, in generibus autem istis, tarsus apice in unguem robustum desinit.

**Disculi genitales** quatuor numero sunt, rarissime evanidi (in nonnullis speciebus generis *Glycyphagus*, nec non in *Lentungulis* etc.) plerumque breviter claviformes, circa genitalia distributi, vel in ventre dissiti, quod videbis in genere *Histiostoma*.

**Disculi copulationis** maris, in generibus nonnullis (*Glycyphagus*, *Histiostoma* (1) etc.) deficient, in aliis manifestiores et maiores, rotundi, sexiles vel longe pedunculati (*Chortoglyphus*) sunt post anum conspicui.

**Genitalia** semper ventralia sunt. *Vulva* vel pectoralis (*Trichotarsus*) vel abdominalis est, rima longitudinali, bene labiata, significata, rarissime circini chitineo arcuato anterior praedita, quod est tantum in vulvis pectoralibus et vitta chitinea haec epimera cephalothoracis intersese coniungit.

*Penis* unciformis, rectus vel arcuatus, semper mediocris, in foveola labiata infossus.

In mari sunt etiam aliquando (*Tyroglyphus*) disculi duo adhaesionis in tarso posticorum pedum, ad foeminam in coitu retinendam.

**Anus** semper ventralis est, post genitalia in ventre apertus, labiis duabus circumdatus, rimaeformis.

**Dimorphismum** sexuale manifestum est in speciebus nonnullis ex generibus *Aleurobius* (*A. Farinae*), *Rhyzo-*

---

(1) In *Histiostoma fimetario* mari, sunt tamen clavunculae quatuor circa penem quae disculos genitales esse videntur, ceteri quatuor disculi pectorales, adaccessorii dicti sunt, quia forsitan cum genitalibus et cum copulationis non conveniunt.

*glyphus*, *Histiogaster*, *Glycyphagus* (*Gl. dispar*) et propter pedum crassitiem, aut abdominis fabricam conspicuum. Sunt etiam mares polymorphici, sive foeminis suis subsimiles (*homeomphi*, videas *Rhyzoglyphus echinopus*) aut satis a foeminis diversi, praecipue pedibus alicuius paris crassioribus (*heteromorphi*). Mares autem inter sese valde statura variant, quod ego vidi in *Histiostomis* et in *Rhyzoglypho echinopodo*.

**Hypopi**, sive nymphae migrantes, characteribus suis tribus generibus pertinent, quae sunt.

*Hypopus* sive nymphae specierum generis *Tyroglyphus*, *Histiostoma*, ambulacris ungue et membranula constitutis, labio apice bisetigero, disculis adhaesionis inguinalibus pluribus, rotundatis;

*Homopus*, sive nymphae specierum generis *Glycyphagus*, disculis adhaesionis nullis; ambulacris ungue minori tantum constitutis;

*Trichodactylus*, ambulacris ungue maximo, membranula nulla, pedibus posticis in setam desinentibus, disculis adhaesionis inguinalibus maioribus; haec sunt nymphae migrantes generis *Trichotarsus*.

**Habitant** acari huius familiae liberi, numquam parasitae. Tamen nonnullae species generis *Glycyphagus* in nidis aliorum animalium sunt, vel vertebratorum vel insectorum, et tunc adultos supra hospites cum hypopis invenies, sive *Glycyph. peregrinans* super *Xylocopam violaceam* saepe colligendus; *Gl. pterophorus* super vespertiones; *Gl. dispar*, *Gl. Talpae* etc. in nidis *Talpae europaeae* etc., numquam tamen parasitae.

Ceteras species invenies in putrescentibus, in detritis, in foeno, super cibaria vel fructus exiccatos et diutius asservatos, in farina etc.

### Esplicatio Tabularum

#### Tab. XIII.

|         |                                  |               |
|---------|----------------------------------|---------------|
| Fig. 1. | <i>Lentungula algiovorans</i>    | foem. supina. |
| Fig. 2. | »                                | »             |
| Fig. 3. | <i>Haemisarcoptes coccisugus</i> | mas supinus.  |
| Fig. 4. | »                                | »             |
| Fig. 5. | <i>Chortoglyphus arcuatus</i>    | mas supinus.  |
| Fig. 6. | »                                | »             |

## Tab. XIV.

- Fig. 1. *Tyroglyphi* cuiusdam foemina supina.  
 Fig. 2.        >                    >                    mas supinus.  
 Fig. 3. *Rhyzoglyphi echinopodi* mas homeomorphus supinus.  
 Fig. 4.        >                    >                    > heteromorphus        >  
 Fig. 5. *Saproglyphi neglecti* mas supinus.  
 Fig. 6.        >                    >                    > pronus.

## Tab. XV.

- Fig. 1. *Histiogaster carpio* mas supinus.  
 Fig. 2.        >                    >                    foem. supina.  
 Fig. 3. *Trichotarsus Xylocopae* foem. supina.  
 Fig. 4. *Glycyphagus domesticus* foem. supina.  
 Fig. 5. *Histiostoma Berghii* mas supinus.  
 Fig. 6.        >                    >                    foem. supina.

## SUBFAMILIAE TYROGLYPHIDARUM

Familia haec sic in subfamiliis dividi potest:

|                                         |                                                   |                                                                     |                       |
|-----------------------------------------|---------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------|-----------------------|
| Ambulacra longius pedunculata . . . . . |                                                   | <b>Lentungulina</b>                                                 |                       |
| Ambulacra sexilia                       | Adsunt in mari disculi copulationis manifestiores | Ambulacrum ungue maiori, membranula subevanida . . . . .            | <b>Tyroglyphina</b>   |
|                                         |                                                   | Ambulacrum membranula lateri, trigona, ungue medio minimo . . . . . | <b>Chortoglyphina</b> |
|                                         | Deficiunt in mari disculi copulationis            | Mandibulae cheligerae, chela curta, digitis subaequalibus . . . . . | <b>Glycyphagina</b>   |
|                                         |                                                   | Mandibulae in serulam desinentes, haud chelatae . . . . .           | <b>Histiostomina</b>  |

## SUBFAMILIA HISTIOSTOMINA

Haec continet genus unicum *Histiostoma*.

## SUBFAMILIA LENTUNGULINA

Sic in genera duo subdividatur:

- Ambulacra tantum ungue terminata . . . . . **Lentungula**  
 Ambulacra tantum membranula terminata . . . . . **Hemisarcoptes**

## SUBFAMILIA GLYCYPHAGINA

Huius subfamiliae haec sunt genera:

- |                                    |   |                                                                   |                                   |                                                                                 |                     |                                               |                     |
|------------------------------------|---|-------------------------------------------------------------------|-----------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------|---------------------|-----------------------------------------------|---------------------|
| Ambulacra<br>ungue maiori<br>aucta | } | Dimorphismum sexuale in pedum crassitie manifestissimum . . . . . |                                   | <b>Heriela</b>                                                                  |                     |                                               |                     |
|                                    |   | }                                                                 | }                                 | Adest sulcus thoraco - abdominalis perconspicuus . . . . .                      | <b>Saproglyphus</b> |                                               |                     |
|                                    |   |                                                                   |                                   | }                                                                               | }                   | Maris disculi genitales inconspicui . . . . . | <b>Trichotarsus</b> |
|                                    |   |                                                                   |                                   |                                                                                 |                     | Maris disculi genitales conspicui . . . . .   | <b>Carpoglyphus</b> |
|                                    |   | Dimorphismum sexuale (in pedibus) nullum                          | Sulcus thoraco abdominalis nullus |                                                                                 |                     |                                               |                     |
|                                    |   |                                                                   |                                   | Ambulacra ungue minimo, subevanido, membranula ampulliformi minuscula . . . . . | <b>Glycyphagus</b>  |                                               |                     |

## SUBFAMILIA TYROGLYPHINA

Sic dividatur in genera:

- |                                                       |   |                                                                                             |                                                               |                      |                                                                 |                                                                 |                     |
|-------------------------------------------------------|---|---------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------|----------------------|-----------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------|---------------------|
|                                                       |   | Maris abdomen postice appendice trigona, foliolas quatuor gerentl, praeditum . . . . .      |                                                               | <b>Histogaster.</b>  |                                                                 |                                                                 |                     |
| Maris abdomen postice rotundatum, non appendiculatum. | } | }                                                                                           | Mares heteromorphi pedibus tertii paris incrassatis . . . . . | <b>Rhyzoglyphus.</b> |                                                                 |                                                                 |                     |
|                                                       |   |                                                                                             | }                                                             | }                    | Maris pedes primi paris ceteris crassiores, calcarati . . . . . | <b>Aleurobius</b>                                               |                     |
|                                                       |   | }                                                                                           |                                                               |                      | }                                                               | Maris abdomen postice scutulo duro apicali protractum . . . . . | <b>Moneziella.</b>  |
|                                                       |   |                                                                                             |                                                               |                      |                                                                 | Maris abdomen totum nudum . . . . .                             | <b>Tyroglyphus.</b> |
|                                                       |   | Mares pedibus tertii paris quartis et secundis similes, iisdemque foeminae crassitie pares. | Maris pedes omnes iisdem foeminae subpares.                   |                      |                                                                 |                                                                 |                     |



## SUBFAMILIA CHORTOGLYPHINA

Duo genera continet, sive:

Vulva arcuatim transversa; maris tarsus quarti  
paris externe tuberculis copulatoriis duobus praeditus. **Chortoglyphus**

Vulva angulatim sublongitudinalis, maris tarsus  
quarti paris tuberculis copulatoriis nullis . . . . **Mealia.**

GENUS I. *Histlostoma* Kramer 1876

Species huius generis hucusque notae sunt:

- Corporis setae late lanceolato-foliaceae. . . . . *H. phyllothrichum* Berl.
- Corporis setae sex dorsuales longius flagelliformes . . . . . *H. flagellifer* Leon.
- Corporis setae (in dorso) plures, crasse et longae spinosae, praecipue ad latera abdominis et in dorso postico . . . . . *H. pulchrum* *Kram.*
- Palporum seta terminalis, corporis latitudine certe longior. . . . . *H. fimetarium* *O. et B.*
- Corporis setae simpliciores vel crasse spinulosae . . . . . *H. muscarum* (*L.*) *Berl.*
- Corporis setae brevissimas vel spinulosas brevioribus ornatas . . . . . *H. Berghii* *Ien. sen.*
- Corporis setae simpliciores vel crasse spinulosae . . . . . *H. rostroratum* (*Megn.*) *Berl.*

Corporis setae simpliciores vel crasse spinulosae . . . . .

Corpus setis brevissimis vel spinulis brevioribus ornatum.

Corporis setae minimae, brevissimae, raras.

Palporum seta terminalis brevissima.

Ambulacra tantum unco constituta.

Ambulacra pedum omnium ungue et membranula biloba, bene expansa, constituta . . . . .

Nymphae (normalis) pedes primi et secundi paris crassiores et curtissimi . . . . .

Nymphae (normalis) pedes omnines debiliusculi, crassitie interese subpares . . . . .

*H. rostroratum* (*Megn.*) *Berl.*

Secundum nympharum hypopialium fabricam sic species supradictae dividi possunt, exceptis tamen *H. phyllo-thicho* (1) et *H. pulchro* quorum hypopi non dignoscuntur.

Pedes postici (4<sup>i</sup>) ungue omnino destituti et seta corporis longitudinem valde superanti praediti (super *Cyrtoneura stabulans*) . . . , . . . **Hyp. H. muscarum**

Deficiunt disculi adhaesionis pectorales, adsunt tantum postabdominales (decem numero) (super insecta fmicola plura) . . . . **Hyp. H. fimetarii**

Pedes postici unguiculati, seta mediocri vel subnulla praediti.

Adsunt disculi pectorales

Disculi pectorales in paria tria dispositi, quodque par pedibus 2<sup>i</sup>, 3<sup>i</sup>, 4<sup>i</sup> paris coxae contiguum; in nidis annellidarum (*Aulastomum gulo*) . . . . **Hyp. H. Berghii**

Disculi pectorales in paria duo dispositi, sive ad coxas pedum secundi et tertii paris (super insecta varia in putrescentibus obvia) **Hyp. H. rostroserati**

Negligas :

*Histiostoma Feroniarum* Can., quia *H. rostroserati* synonymum et dubium est an *Hypopus Feroniarum* Duj huic pertineat speciei.

## GENUS II. **Haemisarcoptes** Lignières 1893

Unica species huius generis hucusque nota est.

*Haemisarcoptes coccisugus* Lign. (Gallia, Italia) :

## GENUS III. **Lentungula** Michael 1893.

Unica huius species est *Lentungula algivorans* in Europa septentrionali (Curiosolitae) collecta a cl. Michaelio generis huius auctore.

(1) Forsitan huic speciei pertinet hypopus quidam cum adulto collectus, *Hyp. fimetarii* similis sed setulis longis, subspiniformibus ad latera corporis praeditus, in fimetis collectus.

GENUS IV. **Chortoglyphus** Berlese 1884.

Unica huius generis species nota est:

*Chortoglyphus arcuatus* (Troupeau) Moniez (Europa).

Negligenda est species:

*Chortoglyphus nudus* Berlese (nec non Canestr.), quia *Ch. arcuati* synonymima.

GENUS V. **Mealia** Trouessart 1897 (in litteris)

Genus hoc ex speciebus duabus est constitutum, ex quibus una valde paradoxa (*M. pteronyssina*) omnino Analgesidae ex genere *Pteronyssus* similis et cum Analgesidis optime conveniret, nisi ambulacro unco medio conspicuo, vitaeque more in tyroglyphidis incurreret, tamen inter duas supradictas familias intermedia sistit; altera (*M. longior*) generi *Chortoglyphus* affinis, sed disculis copulatoriis in tarso quarti paris nullis, quamvis non bene distincta, certe a *M. pteronyssina* diversior. Tamen *M. longioris* foemina non dignoscitur, quare eius locus in systemate dubius adhuc est. Species ambas invenit Cl. Trouessart liberis et mecum benignissime, nondum descriptas, communicavit (1); characteribus istis inter sese distinguntur:

Mas pedibus tertiis ceteris crassiores. **M. pteronyssina** Trouess.

Mas pedibus omnibus inter sese crassitie et longitudine paribus . . . . . **M. longior** Trouess.

*Mealia pteronyssina* Trouessart, super pelles exiccatas libera est inventa (Gallia); *Mealia longior* Trouessart, in substantiis animalibus putrescentibus est collecta (Gallia).

GENUS VI. **Saproglyphus** Berlese 1890

Unica huius generis species hucusque nota est *Saproglyphus neglectus* Berlese in putrescentibus collectus (Italia).

---

(1) Quamvis non in Italia species haec sint collectae, tamen delineavi quia in systemate magni momenti.

GENUS VII. **Trichotarsus** Canestrini 1888.

Huius generis species una tantum adulta dignoscitur, alia (*Tr. Osmiae*) tantum propter hypopum suum super *Osmias* aliasque *Apidas* sat frequens, cuius tamen adultus qui certe in *Apidarum* harum nidis adest, nondum inventus est. Interseae hypopi tamen distinguntur propter characteres infrascriptos.

Disculi adhaesionis sexiles, abdomen leniter postice incisum (320  $\mu$ ) . . . **Tr. Xylocopae (Dugès) Can.**

Disculi adhaesionis pedunculatuli; abdomen postice rotundatum, integrum 400  $\mu$ ) . . . **Tr. Osmiae (Dufour) Can.**

Species ergo sunt:

*Trichotarsus Xylocopae (Dugès) Canestrini*, in nidis *Xylocopae violaceae* et hypopus huius insecti ad thoracem posticum arcte, innumerus saepissime adhaerens;

*Trichotarsus Osmiae (Dufour) Berl.* super *Osmias*, *Andrenas*, *Megachiles*, hypopus collectus. (1)

GENUS VIII. **Carpoglyphus** Robin 1860

Species unica est *Carpoglyphus passularum* Robin, in tota Europa obvia.

GENUS IX **Hertcia** Canestrini 1888.

Unica species in Gallia est collecta a Cl. Robin quam appellavit *Glycyphagus hericius*, sed bene in genere a *Glycyphagus* diverso introduxit Cl. Canestrinius et nomine *Hertcia Robinii* specificavit. Super arbores pluries inventa; ego delineavi quia characteribus suis insignis, quamvis nondum in Italia sit inventa.

---

(1) Inveni quoque saepius super *Bombos* hypopum quemdam, ad fig. 3, tab. IV delineat. qui generi *Trichotarsus* pertinere videtur (pedibus posticis haud ambulacratiss) sed praecedentibus hypopis valde diversus, eiusque adultus adhuc ignotus.

**Species ex subgenere Glycyphagus sunt:**

*Glycyphagus domesticus* (De Geer) Berl. (Tota Europa);  
*Glycyphagus spinipes* (Koch) Fourn. et Rob. (Tota Europa  
 alibique); *Glycyphagus ornatus* Kram. (Tota Europa).

**Species ex subgenere Homopus sunt:**

*Glycyphagus plumiger* (Koch) Fourn. et Rob., (Tota Europa); *Glycyphagus palmifer* Fourn. et Rob. (Tota Europa);  
*Glycyphagus Talpae* (Kram.) Berl. (Tota Europa); *Glycyphagus sciurinus* (Koch-Hall.) Berl. (Germania, Italia); *Glycyphagus intermedius* Canestr. (Italia);  
*Glycyphagus Canestrinii* Armanelli (Italia);  
*Glycyphagus platygaster* Michael (Britannia);  
*Glycyphagus dispar* Michael (Britannia), *Glycyphagus pterophorus* Berlese (Italia); *Glycyphagus peregrinans* Berlese (Italia).

**Species huius generis negligendae sunt:**

*Glycyphagus* sp. Kramer est *Carpoglyphus passularum*;  
*Glycyphagus anonymus* Haller (nec non Berlese in *Note*) idest *Carpoglyphus passularum*;  
*Glycyphagus cursor* Gervais (nec non Fourn. et Rob.) Megnin; Blanchard etc.) est *Glycyphagus domesticus*;  
*Glycyphagus hyppopodus* Hering, nec non Haller. est *Glycyphagus spinipes*;  
*Glycyphagus Kramerii* Michael; sit *Glycyph. Talpae*;  
*Glycyphagus prunorum* Hering (nec non Haller etc.) est *Glycyphagus domesticus*.

**GENUS XI. Histiogaster** Berlese 1883

Unica huius generis species est *Histiogaster carpio* (Kram.) Berl. super fungos aliaque putrescentia in Germania et Italia collecta.

**GENUS XII. Moneziella** Berlese 1897

Species tres huius generis dignoscuntur, tamen *M. aleurophagam* (Sicher) Berlese (!) videre nequivi, neque de-

---

(!) An satis distincta a *M. entomophaga* in Sicilia occurrenti?

1917  
 1917

1917  
 1917  
 1917





GENUS X. *Glycyphagus* Hering 1835

Sic huius generis species europaeae dividantur:

- |                                                                                                                                                                |                                                                                                        |                                                                                                                                                  |                                                                                                                                     |                                                       |                                                     |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------|
| Derma laevigatum; setulae corporis tenuissime plumosulae ( <i>Glycyphagus veri</i> )                                                                           | Maris tibiae primi secundique paris externe appendicula alte pectinata, perconspicua, auctae . . . . . | . . . . . <b>Gl. ornatus</b> Kram.                                                                                                               |                                                                                                                                     |                                                       |                                                     |
|                                                                                                                                                                |                                                                                                        | Utriusque sexus tibiae inermes                                                                                                                   | Adest appendicula tactilis, claviformis ad basim tarsorum primi secundique paris; setulae abdominis corpore vix longiores . . . . . | . . . . . <b>Gl. domesticus</b> (D. G.) Berl.         |                                                     |
| Margines corporis, saltem in foeminis, alte crenulato-tuberculati.                                                                                             | Mares foeminis suis corporis fabrica subsimiles . . . . .                                              |                                                                                                                                                  |                                                                                                                                     | . . . . . <b>Gl. platygaster</b> Mich.                |                                                     |
|                                                                                                                                                                |                                                                                                        | Mares corpore lato, brevissime spinoso, marginibus integris; foeminae corporis marginibus alte angulato-tuberculatis, longe spinigeris . . . . . | . . . . . <b>Gl. dispar</b> Mich.                                                                                                   |                                                       |                                                     |
| Derma punctulatum vel verruculatum; setulae corporis dense plumosulae, vel alte barbatulae, vel laminaceae, rarius simplices breviores ( <i>Homopus</i> auct.) | Margines corporis in utroque sexu integri.                                                             |                                                                                                                                                  | Setulae corporis in laminulas foliiformes vel flabelliformes dilatatae                                                              | Setulae corporis in laminulas flabelliformes expansae | . . . . . <b>Gl. pterophorus</b> Berl.              |
|                                                                                                                                                                |                                                                                                        | Setulae corporis subsimplices, vix tenuissime barbatulae                                                                                         |                                                                                                                                     |                                                       | Setulae corporis foliiformes, lanceolatae . . . . . |
| Setulae corporis in utroque sexu subsimplices, vix tenuissime barbatulae                                                                                       | Setulae corporis brevissime spiniformes . . . . .                                                      |                                                                                                                                                  | . . . . . <b>Gl. Talpae</b> (Cram.) Berl.                                                                                           |                                                       |                                                     |
|                                                                                                                                                                |                                                                                                        | Setulae corporis simplices vel plumosulae, vel longiores, plumosulae vel barbatulae                                                              | Setulae corporis in utroque sexu plumiformes, breves . . . . .                                                                      | . . . . . <b>Gl. Canestrinii</b> Arman.               |                                                     |
| Setulae corporis saltem in foemina plumiformes                                                                                                                 | Setulae corporis certe eius latitudinem superantes                                                     |                                                                                                                                                  |                                                                                                                                     | Penis post quartas coxas insitus                      | . . . . . <b>Gl. sclerinus</b> (Koch, Hall.) Berl.  |
|                                                                                                                                                                |                                                                                                        | Derma crasse tuberculatum; setulae late plumiformes . . . . .                                                                                    | . . . . . <b>Gl. peregrinans</b> Berl.                                                                                              |                                                       |                                                     |
| Setulae corporis in utroque sexu plumiformes, breves . . . . .                                                                                                 | Derma minute punctulatum; setulae barbatulae, cylindricae . . . . .                                    |                                                                                                                                                  | . . . . . <b>G. intermedius</b> Canestrini                                                                                          |                                                       |                                                     |

The following is a list of the names of the persons who have been elected to the office of Justice of the Peace for the year 1900.

For the first district, the names are: John A. Smith, James B. Jones, and William C. Brown.

For the second district, the names are: Robert D. White, Thomas E. Green, and Charles F. Black.

